Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31626
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

lamento luctu penitus contristetur. Idcirco pa
ternitatem tuam obnixe postulamus. ut digne-
ris largiri nobis. alicuius martyris corpus quatenus noster
populus ab ingenti merore cesset. et clamore. atque que-
tus nobis et obediens possit existere. Tunc conci
lio facto cum romanis clericis. rescripsit augusto.
Que tibi libet imperator postula. sed que competunt.
Valde enim inhonestum est. ut suis privetur protec
toribus roma. cum sit caput totius mundi. Verum
tamen pro tue adipiscenda salute filie. cum guberna
tione rei publice. et romani apicis dignitate. elige
veritus quod vis. exceptis Petri et Pauli corporibus quod ne
quaquam potest fieri viventibus romanis. et universo
imperio. Tamen quid petas perspicito. ut possit im
pleri quod queris. Tunc hac rescriptione perlecta con
tinuo augustus constantinopolitanis civibus
vocatis per ordinem notificavit quemadmodum sibi
presul romanus mandaverat. Greci autem sicut semper
astuti et ad omnia callidi fuerunt parum pendentes
commercium corporis prothomartyris stephani ad comparatio
nem beati martyris laurentii silentes de apostolorum corporibus
scientes nescii sapientes indocti inestimabilem.
thesaurum corporis beati laurentii martyris postulare
constituerunt. Quorum cogitationes evanuerunt. Quis
enim cognovit sensum domini. aut quis consiliarius eius
fuit. Quippe aliud illi tractabant. aliud christus
agere disponebat. Clanculo quidem et callide age
bant. damus corpus martyris et levite stephani recipi
mus corpus martyris et archilevite laurentii. Equip
parare alterum alteri possemus. sed in hoc differt quod lau
rentius romane sedis dignitate precellit stephanum.
Qui tamen ut erant simplices atque vecordes inito con
silio quod actenus in auribus locuti sunt. predicaverunt
super tecta scilicet gloriosi martyris laurentii corpus li
bera fronte poposcerunt. Quod imperator audiens ro
mam direxit ut sanctus apostolicus constantinopolim
mitteret romane ecclesie cardinales episcopos qui preciosi
martyris stephani corpus e tumba scirent extrahere
atque cum dignis laudibus atque iubilationibus romam
veherent. Hac papa relatione recepta. cardina
les episcopos et presbyteros constantynopoli. [struck: migre] ad bea
tissimi martyris stephani. deferendum corpus ire pre
cepit. Quibus apostolicis preceptis parentibus et iam post
multa. constantinopolim ingredientibus affuit imperator
obviam cum uxore et patriarcha ceterisque primatibus
urbis. Denique post triduum cum thuribulis au
reis et thymiamate. crucibus atque lampadibus

adierunt sancti stephani corpus. O que tunc cala
mitas populorum. que tristicia. que lamentatio. qui fre
mitus. qui luctus. que dissensio. que diversitas omni
um. hinc enim populi pars non modica flebat tanti pa
tris privatione. inde alii qui interfuerant commercio
commutationis sanctorum exterius mesticiam simulantes.
tamquam ad unguem iam pervenisset negotium. ma
xime tripudiabant interius. Tunc romani clerici cum
vigiliis romano more et orationibus pernoctantes lucescen
te iam aurora. aperuerunt sepulchrum. ex quo multa fra
grantia suavissimi odoris prodiit. Ibi denique cynna
momi et balsami. ibi liliorum rosarumque et violarum.
mirifice mundabat suavitas. Multi ibi ceci illu
minati. demoniaci liberati. et claudi pristine sanitati.
sunt restituti. et que ibi dominus per eum. et in itinere opera
ri dignatus est. non est nostre facundie evolvere per singula.
Quicumque enim languidus devote supplicans adve
niebat. sospitati pristine reddebatur illico. Interea cum
capuam perventum est. cuncti cives debito hono
re. ac merita veneratione obviam ei. honeste exie
runt. et devotissime sanctissimum corpus susceperunt.
Ubi quoque per triduum. quo ibi ad sanandos debiles
retentum est. eadem miracula que superius narravimus.
per eum dominus ostendere dignatus est. Quicumque enim utriusque
sexus veniens sanitate indigens. rediit incolo
mis. Sed quia cives ei decenter obviaverunt eumque
et dignis eum ut diximus susceperunt laudibus et ca
puanus archiepiscopus delationi eius interfuit. cum car
dinalibus summis rogantibus ac nimiis obsecrationibus.
brachium eius dextrum ibi dimiserunt. Cum vero reliqu
um corpus pervenit romam. eorundem miraculorum vir
tutes non defuerunt. Tunc papa cum romanis adven
tu tanti patris letantes. dignis venerationibus et ut
eorum mos est exierunt obviam. deferentes illud
ad ecclesiam sancti Petri ad vincula. que iuxta eorum dispo
sitionem in eius nomine erat. dedicanda. Sed
deus omnipotens mirabiliter agens omnia. levitam ad archi
levitam servans. volens utrosque simul in uno
mausoleo quiescere. non permisit eum prefatam in
tromitti ecclesiam. Quanto magis enim conaban
tur intromittere. tanto magis vires amitte
bant. Pulsabant cedebant undique sanctissimi cor
poris vectores. illi plus deficiebant. Demon au
tem clamabat. Frustra laboratis. quia hic sibi non
datur sedes. sed apud laurentium foris extra muros
urbis. Quo audito papa cum clero et populo
direxerunt vehiculum cum corpore sanctissimo